

**GUIDELINES FOR SKITS AND RECITATIONS**

**SKITS**

Topic: Present a scene, either real or imagined, that is connected to Roman daily life (e.g., a conversation at a Roman dinner party, an excursion to the market place, a day at school, an exciting day at the races, etc.)

Language: English

Length: No longer than **5 minutes**. One sentence introduction.

Participation: No more than **3 groups per school**.

Judged on: Appropriateness of theme, creativity, and quality of performance.

**RECITATIONS**

Topic: One of three selected Latin passages (see below). Does not need to be memorized.

Participation: No more than **3 entries per school**.

Judged on: Preparation, pronunciation, and emotional expression.

1) Catullus 50

2) Opening of Cicero, *In Verrem*, Bk 4

3) Martial epigrams 9.68 and 3.43

## 1. Catullus 50

Hesterno, Licini, die otiosi  
multum lusimus in meis tabellis,  
ut convenerat esse delicatos.  
scribens versiculos uterque nostrum  
ludebat numero modo hoc modo illoc,  
reddens mutua per iocum atque vinum.  
atque illinc abii tuo lepore  
incensus, Licini, facetiisque,  
ut nec me miserum cibus iuaret,  
nec somnus tegeter quiete ocellos,  
sed toto indomitus furore lecto  
versarer cupiens videre lucem,  
ut tecum loquerer simulque ut essem.  
at defessa labore membra postquam  
semimortua lectulo iacebant,  
hoc, iucunde, tibi poema feci,  
ex quo perspiceres meum dolorem.  
nunc audax cave sis, precesque nostras,  
oramus, cave despuas, ocelle,  
ne poenas Nemesis reposcat a te.  
est vehemens dea: laedere hanc caveto.

## 2. Cicero, *Actionis in C. Verrem Secundae Liber Quartus*

Nego in Sicilia tota, tam locupleti, tam vetere provincia, tot oppidis, tot familiis tam copiosis, ullum argenteum vas, ullum Corinthium aut Deliacum fuisse, ullam gemmam aut margaritam, quicquam ex auro aut ebore factum, signum ullum aeneum, marmoreum, eburneum, nego ullam picturam neque in tabula neque in textile quin conquisierit, inspexerit, quod placitum sit abstulerit. Magnum videor dicere; attendite etiam quem ad modum dicam. non enim verbi neque criminis augendi causa complector omnia: cum dico nihil istum eius modi rerum in tota provincia reliquisse, Latine me scitote, non accusatorie loqui. etiam planius: nihil in aedibus cuiusquam, ne in hospitis quidem, nihil in locis communibus, ne in fanis quidem, nihil apud Siculum, nihil apud civem Romanum, denique nihil istum, quod ad oculos animumque acciderit, neque privati neque publici neque profane neque sacri tota in Sicilia reliquisse.

### 3a. Martial Epigrams 9.68:

Quid tibi nobiscum est, ludi scelerate magister,  
invisum pueris virginibusque caput?  
nondum cristati rupere silentia galli:  
murmure iam saevo verberibusque tonas. 5  
tam grave percussis incudibus aera resultant,  
causidicum medio cum faber aptat equo:  
mitior in magno clamor furit amphitheatro,  
vincenti parmae cum sua turba favet.  
vicini somnum - non tota nocte - rogamus:  
nam vigilare leve est, pervigilare grave est. 10  
discipulos dimitte tuos. Vis, garrule, quantum  
accipis ut clames, accipere ut taceas?

### 3b. Martial Epigrams 3.43

Mentiris iuvenem tinctis, Laetine, capillis,  
tam subito corvus, qui modo cyncus eras.  
Non omnes fallis; scit te Proserpina canum:  
personam capiti detrahet illa tuo.